



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Bonifacivs Episc. 14. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

II.
ru-
ES
IX.
nis

aii.
tas
VS
ue-
n-
in-
jus
nuo
ro-
juâ
us.
est
lâ ,
it ,
ma
rpe
hâc
um
n-
ur,
sse.
na-
um
diu
IO-
orû
lius
otio

14. MAI I. *Vitæ Sanctorum.* 271
otio nemora, & ad suas admitti deli-
tias propè cùm convitio postulavit.
PACHOMIVS, Theodoro copiam fa-
cit salutandæ matris, quâ se ille usurum
negavit, nî spopôdisset PACHOMIVS,
eum sibi congressum olim fraudi non
fore, quam in rem cautus senex fidem
dare non sustinuit. Prinsquam quieti se
daret, fessa diurno labore membra si-
gillatim solabatur; quantillum enim
superesse jamjam in beatitatis rosa col-
locandis? Quid ad hæc suaviludii no-
stri, qui nunquam in Dei causâ se me-
minere fatigatos? Ex Metaphr.

S. BONIFACIVS EPISC.

14. Maii.

Pvlchrè BONIFACIVS omnes no-
minis sui numeros implevit, puer
jam multorum pater, nunc sine præ-
textâ, nunc etiam sine interulâ ad ma-
tris sinuum redux, & verò jactabundus
etiâ, quod tam exiguis pauniculis totâ
CHRISTVM potuisset tegere. Furtum
tamen jam tum vel maximè damnavit,
eoque vulpes, quæ subducere matri
gallinas amabat, ad precantis pedes re-
dire coacta, & raptâ reddidit, & facinus
morte sponte luit. Iam domi sive mes-
sem sive vindemiam habere illi cùm li-
buit, licuit. Inde cùm ditiores annonam
flagellarent, matris omne frumentum
in pauperes sparsit. Sed sementem

hōc



hoc erat facere. Nam cùm mater irascetur tam prodigo, ad ejus preces subita seges totum horreum complevit. Sub hæc cùm spem vindemiarum ditioris grando dejecisset, Antistes jam Ferentinus pauxillum vini, quod legerat, in omnes testas, ac dolia divisit, precando deinde tantum non exundare fecit. Certè vasculum mero plenum Gothi duo ex itinere accepisse se putaverant cœnæ forte unius illecebram. Sed nimirum cellam illi promptuariam circumferebant, non minus etiam, cùm viam relegissent, divitem. Fuit cùm bene egenis facturus ipse egeret, & duodecim aureos, nepotis peculum, prodigeret. Verùm cùm ei nepos vehementius succenseret, ab imagine DEIPARÆ, totidem alios tulit. Recepit itaq; suum nepos, plus utique accepturus, si fœnori morā dedisset. *Ex Dial. S. Greg.*

S. PONTIVS M. 14. Maii.

PONTIVM vides, cujus operâ factū est, ne millesimus Romanæ urbis annus dæmonibus consecraretur; quod futurum iidem, PONTIO adhuc matris ventre abdito, permisso Nuininis, agnoverunt. Iulia, id mulieri nomen fuit, Marci senatoris Rom. uxor, eo grida, delubrum subierat, cùm repente Flamen furii incitatus, concerptâ mitrâ, hostem Deorum adesse exclamavit,